



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Alanvs De Rvpe Sacrae Theologiæ doctor deuotissimus, ordinis .S.  
Dominici in fine sui operis. De vtilitate Psalterij virginis Mariæ sic scribit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

## P R O T E S T A T I O.

gum. Verum quo exercitium istud magis est spirituale  
 laboriosum studio & negotio plenum, eo videtur mi-  
 hi salubrius siue accommodatius ad mortificationem  
 sensualitatis, & carnaliū desideriorum, Fecit etiā me la-  
 bentius manere in solitudine. Quamuis insuper scrip-  
 tura sit multum euidenter & copiose exposita a mag-  
 nis doctoribus, sanctisque patribus, tamen vt Gerson  
 scribit, sicut exteribr gustus secundum personas & tem-  
 pora diuersificatur, & nunc isto nunc illo cibo delecta-  
 tur, vicissim quoque vilioribus edulīs amplius exhile-  
 ratur & confouetur, ita & de interioris gustus palato  
 cēsetur. Vnde in fine. 2. Machabeorum inducitur quod  
 alterni s vt delectabile est, & nunc aqua nunc vinum  
 delectat. Postremo Gerson docet qd in mēsa sapientiæ  
 noua semper fercula semper proponi debent. Absit ta-  
 men a me, abiectio atq; vilissimo, vt arbitrer me in mē-  
 sa sapientiæ recentia fercula posse ponere. Sed vt san-  
 ctus Hieronymus ait: In domo dei vnusquisque offert  
 quod potest, nec aliorum opes, alior; inopia quecūt fer-  
 dari, imo magis ornantur; quia opposita iuxta se posi-  
 ta magis illucescunt. Item secundum Augustinum in  
 libro de trinitate: Expediit de eadem materia plures si-  
 eri libros, quia non omnium scripta ad omnes deuent-  
 unt. Et secundum eundem; Noua aliquibus amplius pla-  
 cent & conferunt. Sunt autem & aliæ causæ me mouem-  
 tes, quas propter breuitatem omitto: & ne me ad ob-  
 tinendam licentiam videar nimis armare. Nec istas te-  
 tigi intentione armandi me, &c. sed vt iuxta vestræ  
 paternitatis commissionem, scriberē atque ostēderem  
 vobis, quid cordis in isto exercitio geram. Itaque sub  
 P. V. correctione scripta sunt hæc: quia & hæc scribe-  
 re mihi commisit.

GALANVS DE RVPE SACRAE THE-  
 ologiæ doctor deuotissimus, ordinis .S. Dominici  
 in fine sui operis. De vtilitate Psalterij vir-  
 ginis Mariæ sic scribit.



Non ex reuelatione, sed ex librorum in-  
spectione, aliquid satis vtile refero. Nam  
quicumq; ad honorem domini nostri Ie-  
su Christi, gloriosiq; sanguinis eius, in a-  
ra crucis & in passione pro nobis effusi,  
voluerit dicere omni die centum Pater  
noster & totidem Ave Maria, intra quindecim annos,  
quamlibet guttam sanguinis Christi per vnum Pater  
noster & Ave Maria salutabit. Et qui hanc orationem  
deuote dixerit, has quinque gratias obtinebit a domi-  
no. Prima q; tres animę de eius prole quę fuissent  
ęternis supplicijs deputandę, erunt participes ęternę  
beatitudinis, postquam decesserint ab hac vita. Secun-  
da gratia est, q; ille qui hoc compleuerit, efficietur ita  
mundus ab omni peccato sicut fuit in baptismo: imo  
mundior, quia gratia dei plenior. Tertia gratia est, q;  
huiusmodi habebit tantam in regno cęlorum merce-  
dę, ac si ipse solus totum effudisset sanguinę suę, p; fi-  
de catholica, videlicet, ex coniunctione charitatis ad  
Christi passionem. Quarta gratia est, q; aliquis posset  
istam orationem cum tanto desiderio soluere pro ani-  
mabus in purgatorio existentibus, quod dominus no-  
ster ex magna sua misericordia, omnes istas animas, p;  
quibus oratio fit, cito ab oĩdus earum liberaret pę-  
nis, sicut fecit per beatum Dominicum aliquotiens.  
Quinta gratia est, si quis istam inciperet orationem,  
& primo anno vel mense ab hac luce migraret, nihilo-  
minus ipse has gratias obtinebit ac si hanc orationem  
per quindecim annos persoluisset. Has autem oratio-  
nes, cum gratiis quinq; prędictis, dñs nř Iesus Chri-  
stus cuidam sibi deuoto reuelauit (sicut legi) & per eas  
plurima operatus est miracula, in diuersis Anglię par-  
tibus, prout in domo Carthusię prope Londonias ple-  
nius habetur. Beatissimus vero Ioannes Euangelista  
custos vrginis Marię dignissim<sup>o</sup>, nocte vna ista reuela-  
uit p̄dicta tribus psonis, affirmando ista ita v̄a esse, si-  
cut illud Euangelium quod scripsit. In principio erat  
verbum. *Lib. Coll. sect. I. I. Paderborn. a. 1611.*